UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XXVIII. Markgraf Ludwig überläßt Bürgern zu Königsberg den Zoll zu Küstrin für die Zeit, für welche er dem Brendekin von Kyritz verschrieben war, am 6. Dezember 1349.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

XXVII. Markgraf Ludwig befreiet die Einwohner der Stadt Bärwalde bei ihrem Handelsbetriebe in der Mark von allen Zollabgaben, am 1. Januar 1349.

Ludovicus etc. universis et singulis advocatis thelonariis ac officialibus per totam terram marchie Brandenburgensis constitutis presentibus et futuris, fidelibus sibi dilectis, ad (quos) presentes pervenerint, graciam singularem et omne bonum. Noverint quod consulibus et universitati civitatis nostre Berwolt ac eciam singulis in eadem civitate mansionem facientibus cottidianam seu hereditates habentibus, graciam fecimus singularem, quod cum suis mercimoniis terram nostram Marchie sine cujuslibet thelonei dacione transire potuerint, quocies ipsis visum fuerit oportunum. Quare vobis committimus, nichilominus vobis iniungentes seriosius nostre gracie sub obtencione, quatenus in premissa gracia, prenominate civitatis consulibus graciosius, ut premittitur, indulta, universitatem et incolas nullatenus inpediatis nec inpediri faciatis, velud nostram indignacionem grandem volueritis evitare. Datum in civitate nostra Nova Berlin, Anno MCCCXLIX, die circumcisionis domini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives und dem v. Hackwitz'schen Copialbuche.

XXVIII. Markgraf Ludwig überläßt Bürgern zu Königsberg den Zoll zu Küstrin für die Zeit, für welche er dem Brendekin von Kyritz verschrieben war, am 6. Dezember 1349.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. discretis viris Hen. Schulteti et Hildebrando walen, ciuibus in koningesberg, fidelibus nostris dilectis, et eorum heredibus contulimus et presentibus conferimus eosdem annos, tempus et jus, quos et que relicte et heredibus Brendekin de kiritz bone memorie competebant in theoloneo in custrin sita, sine impedimento quolibet pacifice possidenda, sic quod predicti de eodem theoloneo debebunt premissorum annis perfrui et gaudere. In cuius etc. Testes Swartzburgh, Lochen, Hen. et Lud. de Wedel, Hen. de Vchtenhagen, Datum Soldin, Anno XLIX, die sancti Nicolai.

Nach einer v. Hackwitz'schen Abschrift.

XXIX. Markgraf Ludwig vereignet dem Hospital zu Bärwalde eine Mühle und eine Hebung aus dem Hufenzinse der Pfarrkirche dieser Stadt, am 1. Januar 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. ob honorem et reverenciam omnipotentis Dei gloriosque virginis Marie genitricis sue et omnium sanctorum, ut animarum predecessorum nostro-